Ti
350

BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU
Inc. 37. Cy
INKUNABUŁY


1408

# Priuilegia et indulgentie fratrum mendicantium.

Ti
350

E 4292 a
Doubl




Geschenk der Königlichen Bibliothek
zu Berlin. 1898. 1899.

E. D. d. j. 1898

Liptak 1498

H* 13373

Ti
350

Hain 13,373.

1207323 (N)

# Priuilegia et indulgentie fratrum mendicantium.

17

Ex Biblioth. Regia Berolinensi.

VEND. EX BIBL. REG. BEROL.

Biblioteka Główna w Poznaniu Uniw. im. A. Mickiewicza

Kaiser-Wilhelm-Bibliothek * Posen *

Inc. 37

# Incipiũt priuilegia fratrũ

minorũ breuiter tracta ex registro apoſtolico per reuerendũ magiſtrũ Marcum: tunc accolitũ ⁊ auditorem aplice curie: conceſſa ordini fratruꝫ minorũ per diuerſos ſummos pontifices. Et licet hec oĩa in ſacriſta noſtri conuẽtus aſſignata ſint et fuerint ſuffitiẽter deſcripta: hic tñ plenius annotant̄ In noĩe domini noſtri ieſu chriſti.

Anctiſſimus dñs noſter papa Gregorius nonus diuina ꝓuidentia epũs vniuerſalis eccleſie qui beatũ Franciſcũ Antoniũ et Elizabet de tertio ordine aſcripſit cathalogo ſanctorũ: conceſſit ꝑ priuilegiũ ſuũ omnib⁹ xp̃ifidelibꝰs cauſa deuotõis viſitãtib⁹ eccleſias fratrũ minorũ ꝑ totũ mõm tam in feſtiuitatib⁹ dñi noſtri ieſu xp̃i. ſcꝫ Natiuitatis Circũciſiõis Epiphanie Reſurrectiõis Aſcenſionis Pentecoſtes: q̃ꝫ dñe noſtre ſcꝫ Natiuitatis Anunciationis Preſentatõis Aſſumptõis Conceptionis Purificatõis Viſitationis: et aliȷ̃s cõmemorationib⁹ beate ỽgis. Ac feſtiuitatib⁹ beati Johis baptiſte: et oĩm apoſtolorũ: et in die oĩm ſanctorũ: et beatorũ Franciſci Antonȷ̃ et Elizabet per ipm canoniſatorũ. Vere ꝯfeſſis et contritis de indulgẽtia annos centuꝫ et totidem quadragenas. Priuilegium incipit Miſereatur dominus Et habetur Aſſiſȷ̃ cum bulla papali.

¶ Idem Gregori⁹ papa approbauit ſtigmata beati Franciſci et excõicauit et maledixit non credẽtes vel detrahẽtes eiſdem. Et in ſolennitate eiuſdem ſcꝫ die decimaſeptima ſeptembris conceſſit omnibus viſitãtibus locũ aluerne: medietatẽ remiſſionis omniũ ſuorum peccatorũ. Et viſitãtib⁹ eccleſias p̃fati ordinis ipſo die ſtigmatũ dedit indulgentiã triginta annorũ. ¶ Priuilegiũ incipit Seraphin volabant iuxta ꝓphetiã. et habetur cũ bulla papali aſſiſȷ̃.

¶ Idem Gregori⁹ papa conceſſit omnib⁹ xp̃ianis qui apud ſe habent vel habebũt de reliquȷ̃s beati Franciſci vel beati Antonȷ̃ et aliorũ ſanctorũ ordinis noſtri qui ipſas reuerentia debito cultu vl' etiam manus adiutrices porrexerint ad decorandas p̃dictas reliquias vel ad fabricas eccleſiarũ noſtrarũ ſm ſuarũ ſuppetentiũ facultatũ remiſſionẽ oĩm peccatoꝝ ſuorũ in articl'o mortis. Priuilegiũ incipit Sic in viſione ad moyſen Et habet̄ Aſſiſȷ̃ cũ bulla papali.

¶ Sanctiſſimus dñs noſter Alexander papa quartus confirmauit omnia priuilegia ordini collata et vltra illa. qꝛ ipſe canoniſauit beatã Claram in die aſſumptionis dñe: conceſſit omnib⁹ viſitantib⁹ eccleſias noſtras in feſtiuitate et tranſlatõne eiuſdem et in feſtiuitate et tranſlatiõe beatorũ Franciſci Antonȷ̃ de indulgentia



BIBLIOTEKA GŁÓWNA w Poznaniu Uniw. im. A. Mickiewicza

annos quadraginta.¶ Priuilegiũ incipit Quinq; prudẽtes ꝟgines
Et habet etiã cũ bulla papali in aſſiſio in monaſterio minoriſtarũ
¶ Idem conceſſit omnibꝰ venientibꝰ ad horas canonicas in eccle
ſijs fratrũ minorũ per anni circulũ diebus ſingulis centũ dierũ in
dulgentiã. ¶ Priuilegiũ incipit Sanctiſſimus ex altiſſimis condi
tor. Et habetur Peruſij cum bulla papali.

¶ Idem conceſſit omnibꝰ fratribꝰ minoribꝰ in quibuſcũq; eccleſijs
vel locis cõtigerit p̃dicare: poſſint dare ſuis auditoribꝰ indulgẽtiaꝫ
quadraginta dieꝝ.¶ Priuilegiũ incipit De ſegete euãgelice meſſis
Et habet Rome Florentie et in alijs multis locis cũ bulla papali

¶ Idem cõceſſit omnibꝰ qui receperint fratres mĩores itinerãtes
et in domibꝰ ſuis miniſtrauerint alimẽta: ſoluerint naulũ: paſſagia
et alia pietatis obſequia dictis fratribꝰ exhibuerint: indulgentiam
annorũ quadraginta.¶ Priuilegium incipit Sicut ſummus ſacer
dos abrahe. Et habet Rome in conuẽtu noſtro cũ bulla papali

¶ Sanctiſſimus dñs noſter Martinus papa quartus con
ceſſit omnibꝰ viſitãtibus eccleſias fratrũ minorũ in feſtiuitatibꝰ vi
delicet Natiuitatis dñi Circũciſionis Epiphanie. et in feſtiuitati
bus beate ꝟginis marie et ſanctorũ Johãnis baptiſte. apoſtolorum
petri et pauli. et feſtiuitatibꝰ ſanctorũ et ſanctarũ eiuſdẽ ordinis et
eorũ tranſlationibꝰ de indulgẽtia annos quadraginta et duodecim
quadragenas.¶ Priuilegiuꝫ incipit Diuine largitatis immẽſitate
penſata. Et habet Rome et Aſſiſij cum bulla papali.

¶ Ideꝫ cõceſſit tam ꝓcuratoribꝰ q̃ʒ aduocatis in curis tam eccleſi
aſticis q̃ʒ ciuilibꝰ qui laborãt ꝓ defenſione ordinis noſtri ⁊ cauſaꝝ
noſtrarũ ſingulis annis indulgentiã annorum centum. ¶ Priuile
giũ incipit Operante vinea domini ſabaoth Et habetur Janue ⁊
Mediolani cum bulla papali.

¶ Idem dedit et conceſſit omnibꝰ xp̄ifidelibꝰ qui operũ ſuorũ ma
nus porrigũt adiutrices ad cõſtruendas ſiue reſartiẽdas eccleſias
ſiue mõaſteria fratrũ minorũ ⁊ omnibꝰ ſepeliẽdis cimiterijs ⁊ clau
ſtris noſtris indulgentiã annorũ quadraginta.¶ Priuilegium inci
pit Habẽtes in dño fiduciã. Et habet Reate cũ bulla papali

¶ Sanctiſſimus dñs noſter Johãnes papa vigeſimꝰ ſcd̃us
qui beatũ Ludouicũ cathalago ſanctorũ aſcripſit: conceſſit omnibꝰ
venĩẽtibus ad eccleſias fratrũ minorum in feſtiuitatibꝰ domini no
ſtri ieſu chriſti et beate marie virginis. et beati Johãnis baptiſte ⁊
ſanctorũ apoſtolorũ. beati franciſci. et ſanctorũ ordinis noſtri adiũ
geno feſtũ beati Ludouici epiſcopi: indulgentiã annorũ quadragin
ta.¶ Priuilegiũ incipit In ſplendoribus ſanctorũ. Et habet Mar
ſilie cũ bulla papali et tranſumptũ in multis locis.

Sanctiſſimus dominus noſter Nicolaus papa tertius con ceſſit omnibus viſitātibꝫ eccleſias fratrū minoꝝ̄ in feſtiuitatibus ſupradictis In ꝑuilegio Johānis vigeſimiſcđi indulgētias anno rū quadraginta. et in aliꝭs diebus per anni circulū centū dies. et porrigētibꝰ manus adiutrices dictis eccleſiꝭs vel mōaſteriꝭs toti dem. ¶ Priuilegiū incipit. Sacro minorū ordine. Et habeꝫ Ro me Florentie et Veneciꝭs. ¶ Idem cōceſſit omnibꝫ qui moriūtur in habitu fratrū minorū. et qui cū dicto habitu elegerint ſepeliri. remiſſionē quarte ꝑtis oīm delictorū ſuorū. ¶ Priuilegiū incipit. Futurorū bonorū cariſmata. Et habeꝫ Janue cū bulla papali.

¶ Sanctiſſimus dn̄s noſter Clemens papa quartus cōceſſit tam viſitantibꝫ eccleſias noſtras q̄ꝫ morientibꝫ in habitu vł cū ha bitu fratrū minorū ſepeliri eligerint. ſicut dn̄s Nicolaus ſupradi ctus remiſſionē quarte ꝑtis peccatoꝝ. ¶ Priuilegiū incipit. Roma nus pōtifex. Et habeꝫ Mediolani et Peruſius cū bulla papali.

¶ Sanctiſſimus dn̄s noſter Clemens papa quintus con ceſſit vt Bonifatius papa quartus. ¶ Priuilegiū incipit. Fides et deuotio. Et habetur Ferrarie cum bulla papali.

¶ Sanctiſſimns dn̄s noſter Urbanus papa quartus con firmauit et conceſſit ſicut dn̄s Nicolaus ſupradictus. ⁊ dominus Clemens. et addidit omnibus viſitantibꝰ eccleſias fratrū minoꝝ in quadrageſima. indulgentiā quadraginta dierū. ¶ Priuilegiū in cipit Sicut exhibita nobis fides. Et habetur Rome et Veneciꝭs cum bulla papali.

¶ Sanctiſſimus dn̄s noſter Innocentius papa ſextus con ceſſit omnibꝰ viſitātibus eccleſias fratrū minorū in feſtiuitatibus dn̄i noſtri ieſu chriſti et beate marie virginis. et ſanctorū apoſtolo rū. et ſancti Johānis baptiſte. et omniū ſanctorū ordinis noſtri. in dulgentias quadraginta annorū. et in quadrageſima ſingulis die bus centū. ¶ Priuilegiū incipit. Fructus vberes quos ſacra parit minorū religio. Et habetur Rome cum bulla papali.

¶ Sanctiſſimus dn̄s noſter Bonifacius papa quartꝰ idem conceſſit ſicut Innocentius papa ſextus. ¶ Priuilegiū incipit. Ab ſentes exercitiꝭs. Bulla habeꝫ Bononie Verone et Mantue.

¶ Sanctiſſimus dn̄s noſter Bonifatius papa octauus cō ceſſit ſimiliter ſicut dn̄s Innocentius ſupradictus. ¶ Priuilegium incipit. Subſequentibus exercitiꝭs puritatis. Et habetur Rome Verone et Mantue cum bulla papali.

¶ Sanctiſſimus dn̄s noſter Benedictus papa vndecimus. conceſſit ſimiliter vt Bonifatius ſupradictus ⁊ confirmauit indul

gentiā ſancte Marie de portiuncula declarando et ꝯfirmando ip
ſam datam eſſe a chriſto viue vocis.¶ Priuilegiuꝫ incipit. Funda
menta in montib⁹ ſanctis. Et habeť Aſſiſij cū bulla papali.

¶ Sanctiſſimus dn̄s noſter Nicolaus papa quartus qui fu
it de ordine fratrū minorū conceſſit ordini noſtro omnes indulgē
tias datas a ſupradictis omnibus pontificib⁹. et addidit eaſdem
indulgētias in feſto angelorū et ſanctorū quorū reliquie habentur
in eccleſijs noſtris.¶ Priuilegiū incipit. In cathedra p̄eminentiū
paſtoralis. Et habeť Rome cū bulla papali.

¶ Sanctiſſimus dn̄s noſter Gregorius papa decimus con
ceſſit omnibꝫ viſitantibꝫ eccleſias fratrū minorū in p̄dictis feſtiui
tatib⁹ indulgētias annorū quadraginta. et in quadrageſima diebꝫ
ſingulis dies centū.¶ Priuilegiū incipit. Manipulus vbertatis.
Et habeť Neapoli in cōuentu ſancte Clare cū bulla papali.

¶ Sanctiſſimus dn̄s noſter Urbanus papa quintus con
ceſſit ſimiliter vt dominus Gregorius ſupradictus. et addidit re
miſſionē quarte ptis omniū delictorū ſuorum his qui moriunť in
habitu noſtro.¶ Priuilegiū incipit: Euangelici ꝓfeſſores. Et habe
tur Ianue et in Montepeſſulano cum bulla papali.

¶ Idē cōceſſit ꝙ fratres minores non pn̄t interdici nec p̄dicando
nec ꝯfeſſi fratribꝫ pn̄t cogi a ſacerdotibꝫ prochialib⁹ reiterare con
feſſionē. qđ et cōceſſit Innocenti⁹ q̄ntus.¶ Priuilegiū incipit. Quo
niam abundauit iniquitas. Et habeť Aſſiſij cum bulla papali.

¶ Idem conceſſit generali miniſtro et miniſtris ꝓuintialib⁹ in to
to ordine ſuffragia indulgentiarū et orationū et bn̄ficiorū ſpūaliū
tam ꝓcuratorib⁹ q̄ꝫ quibuſcunqꝫ deuotis pſonis et benefactorib⁹
ordinis noſtri.¶ Priuilegiū incipit. Benefitia ſanctorū offitiorum.
Et habetur Peruſij et Marſilie cum bulla papali.

¶ Idem conceſſit omnibus fraternitatibus et ſcholis que ſunt et
erunt in eccleſijs et locis noſtris ſupradictis vltra ceteras ſupra
dictas dierum centum.¶ Priuilegium incipit. Uinculo pacis. Et
habetur Senis cum bulla papali.

¶ Sanctiſſimus dn̄s noſter Alexander papa quartus excō
municauit detrahentib⁹ ſtigmatibus beati Franciſci. et non poſ
ſunt abſolui niſi per ſedem apoſtolicā.¶ Priuilegiuꝫ eſt Bononie
et Ferrarie. Et tranſſumptū eſt in conuentu Cremone.

¶ Sanctiſſimus dn̄s noſter Alexander papa quintus qui
fuit de ordine fratrū minorū confirmauit dicto ordini om̄ia priui
legia ſuorū p̄deceſſorū. ⁊ vltra hec conceſſit eccleſie ſancti Frāciſci
de Candia in feſto eiuſdeꝫ perpetuo duraturā indulgentiā a pena

et a culpa. ¶ Priuilegium incipit. Licet is de cuius munere venit.
Et habetur Candie cum bulla papali.
¶ Idem conceſſit vt fratrũ minorum p̄dicatores in proprijs eccle-
ſijs non poſſint ab aliquo p̄lato eccleſiaſtico interdici. vel etiã con-
feſſis fratribus iterũ eadem peccata p̄ſpitero parrochiali confiteri
non expedit. Ex priuilegio ſcʒ Innocencij pape quarti quod inci-
pit. Quoniã abundauit iniquitas. Et Johannis vigeſimiſexti qđ
incipit. Uas electionis. Et habetur Peruſij et Uenecijs. et alijs
q̃ʒplurimis locis.
¶ Idem in cimiterijs et eccleſijs fratrũ minorum ſepulture abſqʒ
quacunqʒ cõtradictione habere et eſſe cenſent. poſſint fratres libe-
re et p̱ceſſionaliter cũ incenſo et cruce exire cãtando ſiue legendo
offitiũ mortuorũ. qui apud illos elegerint ſepeliri ſine aliqua con-
tradictione vel conſtitutiõe in contrariũ. ¶ Priuilegiũ incipit. Su-
per cathedrã ꝛc. Nec etiã in cimiterijs ſiue eccleſijs fratruʒ vllus
ibidem audeat celebrare aut ſepelire. aut alia quecunqʒ diuina fa-
cere ſine conſenſu ipſorũ fratrũ ſub excõmunicatiõis pena. Et ha-
betur ex priuilegijs ſcʒ Alexandri pape quarti. quod incipit. Cuʒ
a nobis petitur. Et Clementis quarti qđ incipit. Uirtute conſpi-
cuus. Et Benedicti vndecimi qđ incipit. Inter cũctas. Et habet
Uenecijs Aſſiſij et alijs q̃ʒplurimis locis cum bulla papali.
¶ Omnes violantes ⁊ confringẽtes eccleſias fratrũ minorũ. Prin-
cipes: nobiles: offitiales: ciues: ſiue eccleſiaſtici ſiue eccleſiarũ p̄la-
ti qui ſe in cauſis fratrũ minorum contra eos ingeſſerint et in eos
manus iniecerint: moleſtauerint vel anguſtias dederint: bona eo-
rũ retinuerint: vel alia dona queuis attrectauerint: excõicationẽ la-
te ſentẽtie incurrãt. Et ſi cõtumaces ab his non deſiſterint: nõ pñt
abſolui a ſummo põtifice. ſatiſfactione tñ damni dati ſine calũnia
p̄hibita. Et habet ex priuilegijs Clemẽtis quarti quod incipit. In
quibuſdaʒ locis. Et Nicolai tercij qđ incipit. Exijt qui ſeminat. et
habet Uenecijs Aſſiſij et alijs q̃ʒplurimis locis cum bulla papali.
¶ Sanctiſſimus dñs noſter Johannes papa vigeſimuſſe-
cundus conceſſit vt Innocẽtius ſextus. ¶ Priuilegiũ incipit. Uas
electionis. Et habet Uenecijs et Aſſiſij cum bulla papali.
¶ Sanctiſſimus dñs noſter Alexander papa quartus. Ni-
colaus tertius. Innocẽtius quartus. Nicolaus quartus. Clemẽs
quartus: Benedictus vndecimus. conceſſerũt a quarta feria cine-
rum vſqʒ ad paſca incluſiue abſqʒ alia ſolennitate et predicatione
venientibꝰ ad eccleſias fratrũ minorum ſemel in die cauſa deuoci-
onis. de indulgentia quottidiana annos centũ viginti duos. et di-
es centũ ſeptuaginta ſex. Si aũt ibidem predicatur ſecunda feria

quarta et ſexta ferijs. additur indulgentia annorū ſedecim et die-
rū viginti ſex. Et ſic aſcendit cuz prima annos centum triginta et
octo dies ducentos duos. Bulla habetur Rome.

¶ Sanctiſſimus dn̄s noſter Sixtus papa quartus qui fu-
it frater minor cōceſſit omnibꝰ viſitātibꝫ eccleſias frm̄ minorꝫ et
porrigētibꝫ manꝰ adiutrices a ſexta feria poſt tertiā dn̄icā quadra-
geſime vſqꝫ per totā paſce reſurrectōis pro ſingulo die indulgētiaꝫ
trium miliū ſeptingentorū decem et octo annorū et centū triginta
dierū. Et hoc ꝓpter ꝯmunicationē priuilegiorū fratrū heremitarū
quā fecit iſte papa Sixtus. Bulla habet Rome et Ferrarie.

¶ Idem Sixtus papa quartus cōfirmauit omīa priuilegia ordi-
ni noſtro indulta. et conceſſit omnibꝰ et ſingulis criſtifidelibꝰ qui
eccleſias et oratoria fratrū minorū in feſto ſancti Frāciſci viſitaue-
rint. centū annos de indulgētia et totidem quadragenas. Et in fe-
ſto ſanctorū Antonij de Padua. Ludouici epiſcopi. Bernhardini.
Sancte Clare et ſancte Eliſabet. a pͥmis veſperis et ꝑ totū diem
ipſarū feſtiuitatū q̄nquaginta annos et totidem quadragenas. et
excōicauit omēs locorum ordinarios ſeu offitiales. vel alios cuiuſ-
cunqꝫ conditionis exiſtāt. ꝑſuadentes vel ꝑſuadere fatiētes aliqui-
bus. ne fatiāt elemoſinas ipſis fratribus minoribꝰ. ſeu alio quocū-
qꝫ modo moleſtātes ipſos fratres ſeu eorū bona detinentes.

¶ Idem Sixtus papa quartus conceſſit omnibꝰ celebrantibꝰ fe-
ſtū beati Franciſci et vere penitētibus. de indulgētia q̄nquaginta
annos et totidem quadragenas. ¶ Priuilegium incipit. Preclara
ſanctorū merita. Et habetur Rome cum bulla papali.

¶ Idem Sixtus papa quartus mādat et p̄cipit ꝙ oēs morientes
cū habitu ſancti Franciſci vel tercij ordinis eiuſdem. debēt ꝓrſus
in eccleſia ipſorū fratruꝫ ſepeliri. nec talem habitū habere pn̄t ſine
licentia ipſorū fratrū prout continet in eadem bulla.

¶ Idem papa Sixtus conceſſit fratribꝫ minoribꝰ ꝙ poſſint et va-
leant omnia ſacramēta fratribꝰ tercij ordinis ſancti Franciſci mi-
niſtrare. et penitus ſub cura ipſorū fratrū minorū ipſos fratres ter-
cij ordinis poſuit. vt patet per bullam que habet apud reuerēdiſſi-
mū patrem generalem. Et tranſſumptū habetur Parme.

¶ Idem Sixtus Papa quartus conceſſit fratribus et ſororibus
tercij ordinis vt gaudere poſſint libertate et immunitate eccleſia-
ſtica. vt perſone religioſe precipiendo ꝯmunitatibus: poteſtatibus
offitialibuſqꝫ ciuitatum et locorum ſub excōmunicationis pena la-
te ſententie. ne eiſdem ſupradictis fratribus vel ſororibus. graua-
mina aliqua libertati eccleſiaſtice contraria offitiales inducere pre-
ſumant. Bulla habetur Regij. Et tranſſumptum Parme.

¶ Priuilegiũ incipit Ad futuram rei memoriam ſacroſancta.
¶ Idem Sixtus conceſſit ꝙ ipſi fratres poſſint et valcant ꝑſonis
eiſdem fratribus conſeſſis omnia ſacramēta miniſtrare. ſi rectores
ſe difficiles reddiderint ſeu malicioſe ſe diſtulerint.
¶ Idem papa conceſſit vt ipi frēs corꝑa mortuoꝝ eleuare. et ad eo
rum eccľias ſepelienda deferre poſſint. ſi preſbiteri de eleuatione
requiſiti quocunqꝫ modo recuſauerint.
¶ Idē papa ꝑ̄cipit omnibus et ſingulis eccleſiaꝝ rectoribus ꝙ nō
debent exigere nec petere quartā ab ipſis fratribus qui modolibet
eueniret. quouis mō in cōmuni vľ in ꝑticulari: directe vľ indirecte
¶ Idem papa Sixtus et innocentius octauus concedit ipſis fra-
tribus minorib⁹ et eorũ eccleſijs oēs et ſingulas grās conceſſiones
et indulgentias. peccatoꝝ remiſſiones immunitates. exemptiōes.
facultates priuilegia et indulta ſpũalia et tꝑalia qualiacunqꝫ ſint:
heremitarum ſancti Auguſtini et carmelitarum ac ſeruorum ſanc
te marie Tranſſumptum eſt in conuentu bononie.
¶ Poſtremo quia predicatorum et minorum fratrum predictoruꝫ
ordinum profeſſores pro fidei catholice dilatatione incremento et
defenſione continue et indefeſſe laborant. vel eoruꝫ exemplari vita
in predicationib⁹ verbi dei audientia confeſſionuꝫ: ſana doctrina
aſſidua ſacrarũ litterarum inſtructione et deuota diuinorũ offitioꝝ
celebratione: in hereticorum extirpatione alijſqꝫ innumeris et pijs
operationibus. pre ceteris ordinum mendicantium profeſſoribus
fructus in eccleſia dei ſalutares copioſius attulerunt. hactenus et
continue afferre non ceſſant atqꝫ illaturos in futuruꝫ deo propitio
ſpe firma tenemus Et propterea conuenit vt ipſi pre ceteris ampli
ores fauores. et gratiarum prerogatiuas a prefata ſede recipiant et
repetant aliorũqꝫ ordinum mendicantium indulgentijs et priuile-
gijs apud ſedem prefatam gaudeant ne illis inferiores eſſe videan
tur. omnes et ſingulas grās conceſſiones indulgentias et peccato
rum remiſſiones exemptiones facultates priuilegia et indulta ſpi
ritualia et tꝑalia. qualiacunqꝫ ſint heremitarum ſancti auguſtini ⁊
carmelitarum ac ſeruorum beate marie fratrum ordinibus ⁊ illoꝝ
eccleſijs oratorijs et domibus prioribus fratribus et ſororibus: cō
uerſis et oblatis: ac vtriuſqꝫ ſexus ꝑſonis de penitētia nũcupatis a
predeceſſoribus noſtris romane eccleſie pontificibus predictis. et
a nobis et ab alijs auctoritatem habētibus Que omnia ac ſi nomi
natim exprimerentur haberi hic volumus pro ſufficienter expreſſis
coniunctim vľ diuiſim ī generali vel in cōmuni conceſſa eiſdem et
eorum cuilibet predicatorum et minoꝝ fratrum ordinibus. domi-
bus eccleſijs. oratorijs. Generali miniſtro priorib⁹ et miniſtris pro

BIBLIOTEKA GŁÓWNA
w Poznaniu
Univ. im. A. Mickiewicza

uinctalibus. [illegible]ınctadıbus Prioꝛib⁹ guardianis ſoꝛoꝛibus oblatis
cōuerſis.et vtriuſqꝫ ſexus tertij oꝛdinis ſeu de penitentia nūcupatꝭ
et alijs eoꝛundē oꝛdinū perſonis de nouo cōcedimus.et in eis locū
habere volumus.ac ſi eiſdem nominatim directe et expꝛeſſe conceſ
ſa fuiſſent Mandantes etiam motu: ſciētia et auctoꝛitate pꝛedictꝭ
vt dū pꝛiuilegioꝝ.indulgentiarū pꝛerogatiuarū. conceſſionum.exe
cutionū.immunitatum.facultatū.et indultoꝛum dictoꝛum fratrum
heremitarū ſancti Auguſtini.carmelitarū et minoꝝ oꝛdinū addu
cerentur vel exhiberent̄ eadem fides indubia adhibeat̄ tam in iu
dicio q̄ꝫ extra iuditiū et alijs locis quibus opus fuerit. acſi ꝑ et in
fauoꝛē dictoꝛū oꝛdinū eccleſiaꝝ domoꝛum et fratrum p̄dicatoꝛum
et minoꝛum a ſede ap̄lica emanaſſent: inhibentes deſtricti⁹ ipſis
locoꝝ oꝛdinarijs ſub interdicto ingreſſus eccl'ie et ſuſpenſionis a re
gimine et adminiſtratione ſuarū eccleſiarum ac pꝛochialium eccle
ſiarū regiminibus et alijs quibuſcunqꝫ ſub excōicatione late ſenten
tie et pꝛiuatione earūdem pꝛochialiū eccl'iarū.et oīm alioꝛum bene
fitioꝛum eccl'iaſticoꝝ qui obtinet Nulli ergo oīno hominum liceat
hanc paginā noſtre appꝛobationis.cōſtitutionis conceſſionis.largi
tionis.indulti ꝑſtrictionis.voluntatꝭ ademptionis.ſtatui.mādati.
decreti.inhibitionis.et derogationis infringere vel ei auſu temera
rio contraire Si quis aūt hoc attēptare p̄ſumpſerit: indignationē
omnipotentis dei et beatoꝛū petri et pauli apoſtoloꝝ ſe nouerit in
curſurū.Datum Rome apud ſanctū petrum Anno incarnationis
dominice.Milleſimoquadringēteſimoſeptuageſimo nono Septi
mo Kalendas auguſti pōtificatus noſtri Anno octauo Tranſſum
ptum eſt in conuentu Bononie.

¶ Summa Indulgentiarū omniū feſtiuitatum ſupꝛadictarū
ſcꝫ dn̄i noſtri ieſu xp̄i et alioꝛū: ſeu etiā ſancti patris Franciſci nec
non ſanctoꝛū ſanctarūqꝫ eiuſdem oꝛdinis.annos q̇nqꝫ centū ⁊ qua
dragintaocto et dies ducenti ſexaginta.Et venientib⁹ alijs ſingu
lis dieb⁹ annos quadraginta et dies tricenti.Et in dieb⁹ quadra
geſime annos tria milia octo centū et q̇nquaginta ſeptē et dies du
centi et ſeptem. ¶ Summa ſummarū omniū indulgentiarū anni
quatuoꝛ milia quatuoꝛ centū et quadraginta ſeptē et dies triginta
ſex. Uide alibi et nota bene quia hic non ſunt omēs indulgentie et
pꝛiuilegia.Laus deo et gloꝛioſe virgini marie atqꝫ beato patri no
ſtro ſeraphico et patriarche ſancto Franciſco.

# Ixtus epiſcopus ſeruus

ſeruoꝛū dei Ad perpetuā rei memoꝛiā Regimini vniuer
ſalis eccleſie meritis licet inſufficientibus diſponente domino pꝛe

ſidentes curis purgemur aſſiduis: vt iuxta credite nobis deſuper
diſpenſationis offitium q̄eti ſubditoꝝ quorumlibet preſertim ſub
religionis habitu ſtudio vacantiū pie vite in quoꝝ vtiq; proſperi=
tate reficimur Jugi quantū nobis ex alto conceditꝰ ſollicitudinis
ſtudio intendamus; et vt ea pro diuini cultus et religionis in cre=
mento aīarumq; ſalute a predeceſſoribus noſtris Romanis pon=
tificibus proinde facta ſunt ſublatis ambiguitatibꝰ q̄ exinde emer
ſiſſe noſcunt.in ſua integritate perſiſtāt noſtri miniſteriȷ̄ partes in=
terponimꝰ efficaces Dudū ſiquidē ac felicȝ recordationis.Eugenio
papa.iiij.p̄decessore noſtro littere emanarunt tenoris ſubſequentȝ.
¶ Eugenius epiſcopus ſeruus ſeruorum dei Ad perpetuam
rei memoriam: licet debitū paſtoralis officiȷ̄ omnibus regularē vi=
tam ꝓfeſſis vt in ſuis cōſeruentur priuilegiȷ̄s nos reddat fauorabi=
les et benignos: ad ſacrū tn̄ ordinē fratrum minorum quoꝝ precla
ra religio veluti ager fertilis in dn̄o multiplices atq; vberes fructꝰ
animarū ad laudem dei et fidei incrementuȝ ſemꝑ attulit et affert
quottidie verbo et exemplo in populo xp̄iano dirigētes p̄cipue ve=
lut ipſius pater oculos mentis noſtre dignū cenſemus et debitum
vt ip̄m ordinē eiuſq; in odoreȝ ſuauitatis altiſſimo deſeruiētes per
ſonas in ſuis priuilegiȷ̄s p̄ſertim ꝑ romanos pontifices cōceſſis de
bite conſeruemꝰ.ac illa ne de eorū robore nullatenus heſitari valeȝ
at apoſtolice confirmatōis munimine roboremus.Hinc eſt ꝙ nos
dilectorū filiorū Guilermi de caſſali gn̄alis miniſtri ordinis et fra=
trū p̄dictorū ſupplicationibꝰ inclinati:lr̄as quaſdā felicis recorda=
tionis Clementis pape quarti predeceſſoris noſtri:dicto ordini cō
ceſſas quarū tenorem de verbo ad verbuȝ inferius deſcribi fecimꝰ
ac omnia et ſingula in eis contenta pro ipſarū ſubſiſtentia firmiori
auctoritate apoſtolica ex certa ſciētia tenore preſentiū confirmamꝰ
et preſentis ſcripti patricinio cōmunimus.Tenor vero predictaꝝ
litterarū ſequitur et eſt talis.
¶ Clemens epiſcopus ſeruus ſeruorum dei Dilectis filiȷ̄s ge
nerali ⁊ prouincialibꝰ miniſtris ac vniuerſis fratribus ordinis fra
trum minorū ſalutē ⁊ apoſtolicā benedictionē.Uirtute conſpicuos
ſacri veſtri ordinis ꝓfeſſores qui contemplationi celeſtiū feruenter
inuigilāt:⁊ pie vite ſtudio ſine intermiſſione deſudant:decet ꝑ apo
ſtolice circūſpectōis auxiliū ſic prouide dirigi et ſollicite confoueri
vt alicuius p̄e textu calūnie nullum interne pacȝ excidiū nullūq;
religioſi ſtatus perferant detrimentū:ſed in his robur et vigorē ha
beant:per que circa cultum diuini nominis deuotis et quietȝ men
tibus inualeſcant. Hinc eſt ꝙ cuȝ ſicut nobis exponere curauiſtis
tu fili generalis miniſter et predeceſſores tui iuxta eiuſdē ordinis

conſuetudinē obſeruatam hactenus et a ſede apl'ica tolleratā ſtatim poſtq̄ȝ electi ſcdm p̄dicti regulā et conſtitutiones ordinis extitiſtis fratrū ipſius curā geſſeritis miniſterij offitium plene ac libere in oībus exercentes. Idemqȝ fratres vobis deuote et humiliter obe-dierint et intenderint reuerenter: et in eadē regula ſit expreſſum vt generalis miniſter qui p tpe fuerit a miniſterij officio amoueri va-leat a puincialibus miniſtris ꝛ cuſtodibus in generali capitulo cō-gregatis. Nos volentes ambiguitatꝫ ſcrupulū in hac parte de vir-tutis cordibus amputare: ac ordinē ipſuȝ a ſede approbatū eadem honeſtate floridū preclarū ſciētia et virtute ſecundū priuilegia apo-ſtolice gratie attollere. ſingulari veſtris ſupplicatioib⁹ inclinati de-uotioni veſtre vt ſucceſſores tui filij gn̄ales miniſtri qui erunt pro tpe ſtatim poſtq̄ȝ electi ſm regulā et conſtitutiōes fuerint ſupradi-ctas eoipſo veri eiuſdē ordinis gn̄ales miniſtri effecti curā aīarum fratrū ipſius ordinis plene habeant et libere gerant: ipſoſqȝ fratres auctoritate ꝓpria ligare ac ſoluere necnon in eodē ordine agere va-leant: que ipſi miniſtri ꝛ diffinitores ad hoc electi iuxta p̄dictas cō-ſtitutiōes eiſdē ordini et fratrib⁹ ſm deū viderint expedire: aliaſqȝ poſſint offitiū miniſterij licite in omnib⁹ exercere. ¶ Idēqȝ fratres tibi gn̄ali miniſtro ꝛ ſucceſſorib⁹ ipſis deuote ac humiliter obediāt et intendāt Et p̄fati ſucceſſores et tu gn̄alis miniſter a puintialib⁹ miniſtris et cuſtodib⁹ ſm regulā ꝛ conſtitutiōes ipſius ordinis ab-

Miniſtri abſolutio

ſolui et amoueri poſſitis: auctoritate apoſtolica indulgem⁹ ratū ha-bentes ꝛ firmū quicquid ſup p̄miſſis per te gn̄alis miniſter dictoſqȝ p̄deceſſores fratres diffinitores factū et obſeruatū eſt hactenus conceſſa tibi exequēdi offitiū miniſterij quo ad p̄miſſa oīa et alia libera facultate. In electionib⁹ quoqȝ gn̄alis ꝛ puintialiū miniſtro-rū ipſius ordinis fratrib⁹ qui debent electionē hmōi celebrare: cuȝ eos frequenter de remotis partib⁹ oporteat couenire: tpūs ſup hoc a iure ſtatutū non curat. nec ipſi in hac pte iure hmōi coarcentur.

tempus electionis nō currit

Cuſtodes verō et Guardiani qui ſm ſtatuta eiuſdē ordinis aliter q̄ȝ per electionē inſtituunt poſt ipſam inſtitutionē ſeu prouiſionē de ipſis factam curam aīarū fratrū ſibi ſubditorū ipſius ordinis ha-beāt ipſoſqȝ ligare ac ſoluere poſſint iuxta ipſius ordinis inſtituta. Fratres aūt de ordine veſtro quos ſm cōſtitutiones ipſius ordinis cōuentibus veſtris deputandos duxeritꝫ in lectores ſine cuiuſquā

lectores theologice

alterius licentia libere in domib⁹ predicti ordinis legere ac docere valeant in theologica facultate: illis locꝫ exceptis in quibus viget ſtudiū generale: ac etiam quilibet in facultate ipſa docturus ſolen-niter incipere conſueuit. Et quia phibente regula veſtra nulli fra-trum veſtroꝝ eſt licitū populo p̄dicare niſi a generali miniſtro ve-

ſtri ordinis examinatus et approbatus fuerit et ſibi pdicationis of
fitium ab ipſo cōceſſum: Nos ꝑ dictorum fratrū laboribus et peri De offitio pre
culoſis diſcurſibus euitādis necnon vt animarū ſalus poſſit inde dicandi
facilius ꝓuenire ſuꝑ prohibitione huiuſmodi opportune ꝓuiſionis
remedium apponentes vt ſinguli ꝓuinciales miniſtri in ſuis pro:
uincijs cū diffinitoribus in ꝓuincialibus capitulis cōgregatis:fra
tres in ſacra pagina eruditos examinare ac approbare: et omnis of
fitium pdicationis deum habēdo pre oculis committere valeant:
ſicut ex forma regule miniſter poterat generalis plena auctoritate
preſentium cōcedimus facultatem: Et qꝛ eiuſdē ordinis fratres de
locis ad loca ipſius ordinis ſepius tranſmittanᷓ ꝓpter qđ ſtabilem
et ꝑpetuā in certis et determinatis eiuſdem ordinis domibus non
fatiunt manſionē Quia etiam bonos et idoneos ac approbatos a
vobis fratres facitis ad ordines ꝓmoueri in locis quoqꝫ in qbus De ordinādis
degitis liceat vobis ordinandos fratres eiuſdē ordinis quibuſcūqꝫ
malueritis catholicis antiſtitibus cōmunionē et gratiā apoſtolice
ſedis habentibꝰ preſentare ipſiſqꝫ pōtificibus preſentatos a vobis
fratres ſine qualibꝫ examinatione per eoſdem pontifices facienda
et abſqꝫ omni promiſſione vł obligatione ipſoꝝ ordinandoꝝ fratrū
ad ordines promoueri In locis quoqꝫ in quibus degitis liceat vo
bis habere oratoria in quibus cū altari portatili poſſitis miſſarum
ſolemnia et alia diuina officia celebrare: ac etiam eccleſiaſtica reci
pere ſacramēta Cū aūt generale interdictū terre fuerit in eccleſijs ⁊ De altari por
oratorijs veſtris ac alijs qbuſcunqꝫ cum ad loca ꝑueneritis eccleſi tatili
aſticos ſuppoſita interdicto clauſis ianuis interdictis et excōmuni
catis excluſis nō pulſatis campanis et ſubmiſſa voce liceat vobis
celebrare diuina et eccleſiaſtica recipe ſacramenta: dūmodo cauſā
non dederitꝭ interdicto nec cōtingat id vobis ſpecialiter interdici De interdicto
niſi eccleſie et oratoria eadem fuerant ſpecialiter interdicta. Hijs
ĝo qui in veſtris immoranᷓ obſequijs cūcta libere miniſtrare poſ:
ſitis eccleſiaſtica ſacramēta et ipſos cum decedēt in veſtris cimite
rijs ſepelire Si qñ in terras in quibus reſidetis vel earū pſonas De famlis or
excōmunicationis ſeu īterdicti ſentētias cōtigerit ꝓmulgari pueri dinis ⁊ procu
in veſtris ſeruitijs deputati negotioꝝ quoqꝫ veſtrorū ꝓcuratores ratoribus
et operarij q̄ in veſtris locis eorum opibus pſonaliter continuo in
ſtiterint: huiuſmodi ſententie obnoxij minime habeanᷓ: ibiqꝫ poſ:
ſint audire diuina iuxta formā que ipſis locis in eo caſu a ſede apo
ſtolica eſt conceſſa: niſi eiſdem cauſaꝫ dederint vel excōmunicari
ſpecialiter ſeu interdicti cōtigerit eoſdem. Et qꝛ vos extremā paciē
tes pro xpi noīe paupertatē exhortationis pio ſtudio bonis potiora
dirigitis et errātes in rectitudinis ſemitam laudabiliter reuocatis

concedimus vt in excõicatorũ terris libere cõmorari et ab eis tunc τ etiã qñ per ipſas vos tranſire cõtigerit neceſſaria vite depoſcere ac recipere valeatis. Gñalis quoqꝫ τ ſinguli ꝓuintiales miniſtri τ eorũ vicarij: ac etiã cuſtodes in ꝓuincijs et cuſtodijs ſibi cõmiſſis ꝑdictis fratrib⁹ conſtitutis ibidẽ: necnon et fratrib⁊ alijs eiuſdẽ ordinis interdũ ad eos declinãtibus vndecunqꝫ abſolutiõe τ diſpenſatione indigẽtibus: ſiue priuſquã intrauerint ordinẽ ſiue poſt caſibus exceſſerint ꝓ quibus excõicationis vel interdicti aut ſuſpenſionis incurrãt ſententias a iure vel iudice generaliter ꝓmulgatas et hmõi ſententijs innodati aut in locis ſuppoſitis eccleſiaſtico interdicto diuina offitia celebrantes vel ſuſcipiẽtes ordines ſic ligati notam irregularitatis incurrũt. abſolutõis et diſpenſationis benefitiũ valeant impartiri: niſi adeo fuerit grauis τ enormis exceſſus ꝙ ſint ad eandeꝫ ſedem merito deſtinãdi. Fratres etiã veſtri quos pro tp̃e vos gñalis et ꝓuintiales miniſtri necnon et vices veſtras gerẽtes. ac etiã cuſtodes in proprios habueritis confeſſores abſolutionis et diſpenſationis benefitiũ vobis cũ expedierit valeant impartiri iuxta formã conceſſionis ſup̱ abſolutõne et diſpenſatiõe fratrũ eiuſdem ordinis ſuperius vobis facte adhuc volẽtibus veſtro aggregari collegio qui ſuſpenſionis et interdicti vel excõicationis ſentencijs a iure vel iudice promulgatis gñaliter ſunt ligati abſolutionis benefitiũ obſeruata forma canonica impartiri ipſoſqꝫ fratres recipere ac eos qui poſt aſſumptũ habitum vel profeſſionem emiſſaꝫ recoluerint ſe talibus in ſeculo fuiſſe ſentencijs innodatos ſcḋm formaꝫ ipſam vos gñalis et prouintiales miniſtri et prefati cuſtodes ac vices veſtras gerentes valeatis abſoluere et cum irregularibus diſpenſare ſi forſan talibus innodati ſentencijs vł in locis interdicto ſuppoſitis diuina p̄ſumpſerint offitia celebrare vel ordines receperint. ita tñ ꝙ ſi aliqui ex huiuſmodi eiuſdem ſentencijs ꝓpter debitum ſint aſtricti ſatiſfatiant vt tenenẗ. Volumus autem nihilominus ꝙ poſtqꝫ fuerint abſoluti hmõi volẽtes aggregari collegio ſupradicto niſi mox ordinem intrauerint etiaꝫ ſi ſuper hoc indutie eis a prelatis eiuſdeꝫ ordinis concedanẗ eo ipſo in priſtinas ſententias a quibus eos totaliter abſolui contigerit relabanẗ. Ceterũ veſtra diſcretio caute prouideat vt apoſtolice ſedis aut legatorũ et ordinariorũ locorũ in abſolutionibus hmõi ſcandalũ euitetur. Porro quieti veſtre ꝓuidere volentes qȯ per litteras apł'ice ſedis aut legatorũ ſeu ſubdelegatorũ ipſi⁹ conueniri a quoqꝫ minime valeatis et ꝙ ad pecuniã colligendam cogi non poſſitis inuiti per literas ipſius ſedis de cetero impetrandas. quodqꝫ nullus veſtrum correctionis ſeu viſitationis vel inquiſitionis offitiũ monaſterij vł

Licet ab excõmunicat[is] elcõſinam petere

De abſolutõe ab excõicatõe et interdicto

Intrantes ordineꝫ poſſunt abſolui vt ſup̄

eccleſijs ſeu quibuſcunq̃ pſonis impendere et ad cognitões cauſarū citationes partiū et denūctiationes ſententiarū interdicti et ex cōmunicationū pcedere aut recipere curam monialiū ſeu religioſarū quarūlibet pſonaꝝ teneatur p apl'icas litteras impetratas ⁊ impetrādas in poſterū. niſi hmōi apl'ice littere de hoc indulto et ordine veſtro expreſſam fecerint mentionē auctoritate vobis apl'ica indulgemus. Concedimus etiā vt ad viſitandū aliqua monaſteria monialiū cuiuſcunq̃ ordinis vel ad audiendū confeſſiões earū cōpelli aliquatenus non poſſitis ad recipiendū cōmiſſiones cauſaꝝ ſeu ſententiarū executiões vel alia contingētia cauſas ipas p litteras prefate ſedis in quibus non facta fuerit de indulgētia hmōi mētio ſpecialis ſiue p legatos vel delegatos ipſius vel etiā p quoſcūq̃. Nullus inſup Archiepūs vel epūs: nulluſq̃ alius platus eccl'iaſticus: nec eorū vicarij vel offitiales: ad portandum vel deferennū litteras vel exequendū ac denuntiandū ſnias contra pncipes ſeculares: communitates: populos: ſeu quoſcunq̃ benefactores veſtros. nulluſq̃ delegatus vel ordinarius iudex ad fatiendū citatões vel cōmiſſiones recipiendas: ſiue q ſint in cauſis aliquibus aſſeſſores: ſeu ad lites aut controuerſias contingētia in cauſis que coram ipſis tractātur quempiā veſtrum compellere valeant ſine predicte ſedis mandato vel licētia ſpetiali expreſſam fatiente de hac indulgētia mencionem. nec quiſq̃ veſtrū parere vel intendere teneatur ſuper his monitionibus: mandatis aut iuſſionibus eorundem: aut facere vel implere qđ in hac parte duxerint iniungendū. Ceterū gn̄alis et puintiales miniſtri et ipſorū vicarij illos ex fratribus de quibus auctoritate litterarū ſedis apl'ice vel legatorum ipſius archiepis et epiſcopis ac alijs quibuſcūq̃ puiſum extitit vel in poſterū contigerit puideri corrigere. ac etiā non obſtante contradictiōe aliqua poſſint ad ſuū ordinem reuocare. nec p litteras eiuſdem ſedis ſeu legatoꝝ ipſius iam obtentas vel de cetero obtinēdas aliquos de fratribus ipſius ordinis prefatis archiepiſcopis et epiſcopis aut alijs teneantur in ſocios deputare. niſi dicte littere apl'ice obtinende de indulto huiuſmodi et ordine ipſo exp̄ſſam fecerint mentionē: ⁊ altas id honeſtati ordinis et illorum ſaluti viderint expedire. Nullus aūt legatus niſi de latere noſtro miſſus auctoritate litterarū ſedis apl'ice ſpēalē de hoc indulto et ordine veſtro nō fatientiū mentionē: nulluſq̃ prelatus nec aliqua pſona religioſa vel ſecularis de fratribus eiuſdem ordinis ad ſua ſeu eccleſie negotia pcurandū. vel ſecū manendū. aliquos aſſumere valeāt niſi quos gn̄alis et puintialis miniſter ipſos tanq̃ idoneos et diſcretos ſibi dixerint aſſignādos quos etiaꝫ ſubiacere volumus ordinis diſcipline. Illos vero ordinis fratres

Nullus platus poteſt fratribus precipe

Fratres plati deputati ſubitiūtur correctioni ordinis.

qui ad p̄dicandum crucem vel inquirendū contra prauitatē here
ticam ſeu ad illa huiuſmodi negotia ſtꝫ vel fuerūt vbicūqꝫ a ſede
apoſtolica deputati Tu fili generalis miniſter tuiqꝫ ſucceſſores re
mouere ſeu reuocare et penit⁹ transferre ipſiſqꝫ ꝙ ſuper ſedeāt iun
gere alioſqꝫ ſubſtituere cū expedire videritis libere ac licite valea
tis :et in eos ſi cōtrauenerint cenſurā eccleſiaſticā exercere.ac quili
bet miniſter ꝓuincialis vel eius vicarius eiuſdē ordinis ad ipſum
in ſua ꝓuintia circa fratres ipſius ordinis quibus ab eadem ſede

Miniſter po
teſt reuocare
inquiſitores

ſimilia cōtigerit etiā illa cōmitti facere poſſit non obſtantibus ali⸗
quib⁹ litteris vel indulgentiȷ̃s ap̄licis impetratis vel etiā in poſte
rū impetrandis qui de hoc nō fecerint mentionē. Inhibem⁹ quoqꝫ
ne quis poſt ꝓfeſſionē in ordine veſtro factā ſine gn̄alis vel ꝓuin⸗
tialis ſui licētia diſcedat ab ipſo. diſcedentē vero abſqꝫ cautione lit
terarū alteri⁹ ipſorū pretextu alicui⁹ priuilegiȷ̃ apoſtolice ſedis nul
lus audeat retinere. Qđ ſi forte retinere p̄ſumpſerit vobis gn̄alis

Fratres ſine
licentia nō ex
eant ordinem

et ꝓuintialis miniſtri duntaxat licitū ſit in ipos diſcedētes fratres
ſn̄iam excōicationis ꝓmulgare. Si vero aliqui de fratrib⁹ veſtri or
dinis poſt obtentā licentiā a ſede p̄dicta aut a vobis ad religionē
aliā tranſeundi infra duos vel tres menſes ſe ad illā religionē ſue
ſaluti congruā non tulerint et ipſi⁹ non ſuſceperint habitū regula⸗
rem licitū ſi vobis gn̄ales et ꝓuintiales miniſtri ac vices veſtras
gerētes:contra ipſos tanqꝫ contra alios ordinis veſtri apoſtatas ꝓ
cedere ſm ꝙ honeſtati ipſi⁹ ordinis videritis expedire. Illud ideꝫ
intelligi volum⁹ de illis qui poſt ſuſceptionē habitus alteri⁹ religi
onis infra tpūs ꝓbationis in illa ꝓfeſſione facta inde p̄ſumpſerint

De apoſtatis

reſilire:apoſtatas quoqꝫ veſtri ordinis excōicare:capere:ligare:in⸗
carcerare:et al's ſubdere diſcipline rigori poſitis p vos ac etiam ali
os in quocūqꝫ habitu eos cōtigerit inueniri.inuocato ad hoc ſi op⁹
fuerit auxilio brachiȷ̃ ſecularꝫ. Inhibemus etiā ne fratres quos ab
ordine veſtro ꝓ ſuis culpis per gn̄alem ſeu ꝓuintialem miniſtros
aut cuſtodes expelli cōtigerit vel qui egreſſi fuerint ꝓprio ſuo motu
p̄dicare:confeſſiōes audire ſeu docere p̄ſumant.niſi ad aliū ordinē
in quo licite hmōi exercent offitia:trāſierint de veſtra vel dictorꝫ
miniſtrorū licētia ſpetiali. Qđ ſi forte ipſi contra hmōi inhibitionē
veſtrā aliquid ſuper p̄miſſis temere attēptare p̄ſumpſerint miniſtri
ac cuſtodes et eorū vicariȷ̃ in illos quos infra fines ſuarū ꝓuintia
rū et cuſtodiarū iuxta conſuetudinē ordinis veſtri diſtrictus inue
nerint talia p̄ſumētes monitiōe p̄miſſa auctoritate veſtra excōica⸗
tionis ſententiam valeāt ꝓmulgare. Eiectos aūt de ordine veſtro
vel egreſſos qui a receptiōe in eodē ordine ſuis culpis exigentibus
reddiderint ſe indignos:et alios fratres eiuſdē ordinis ex rōnabili

cauſa ad quoſcūq; ordines approbatos p̄terq; ad beati Auguſtini
templariorū: hoſpitalariorū: et aliorū religioſorū arma portantium
ad vitandū occaſionē euagandi ḡnales et ꝓuinciales miniſtri cum
ſuis teſtimonialib⁹ lrīs auctoritate veſtra licētiandi liberā habeāt
facultatē. Nos eñ diſtrictius inhibem⁹ ne tales ad aliū ordinē ali
ter tranſire vel aliqui eos recipere ſeu retinere p̄ſumant abſq; licē
tia ſpetiali ſedis ap̄lice fatiente de hoc plenariā mentionē. Inhibe
mus etiā vt nulli ſiue extra ordinē conſtitutus habitū: aut ita con
ſimilē q̄ p̄ter cum frater minor credi poſſit deferre liceat abſq; mā
dato ſedis ap̄lice ſpetiali. Et vt dicta inhibitio maiorez conſequat̄
effectū ſtatuimus vt hij qui habitū veſtrū vel ſibi p̄dicto modo cō
ſimilē deferre p̄ſumpſerint ad deponendū ip̄m per dioceſanos loco
rū cū a vobis requiſiti fuerint monitione p̄miſſa vel cenſura eccle
ſiaſtica appellatiōe poſtpoſita compellant̄. Ceterū cum humilitas
veſtra ſibi de latitudine orbis terre nihil p̄ter domos ⁊ ortos cum
virgultis premiorū obtentu celeſtium duxerit reſeruandū: nos pie
volētes q̄ illoꝝ fructus integre veſtre paupertatis vſibus applicent̄
vt de dictis ortis virgultis veſtris nulli decimā teneamini exhibe
re vobis auctoritate p̄ſentiū indulgemus diſtrictius inhibētes ne
quis a vobis de p̄miſſis aliq̄d exigere vel extorquere p̄ſumat. quia
vero nōnulli veſtre religionis habitū aſſumētes diuerſis pſonis q̄
ſciri et inueniri non poſſunt interdū aliqua bona reſtituere tenean
tur. vobis miniſtro et cuſtodib⁹ ac vicarijs p̄dictis concedim⁹. vt
ſinguli veſtrū in locis ſibi cōmiſſis bona ipſa in pios vſus cōuerte
re valeāt ꝓut ſm deū viderint expedire. Sepulturā quoq; in eccle
ſijs veſtris concedim⁹ et eam liberā eſſe cenſem⁹: vt eorū deuotiōi
et extreme volūtati qui ſe illic ſepeliri deliberauerint: niſi excōicati
aut interdicti: aut etiā publice vſurarij fuerint nullus obſiſtat. ſal
ua tñ iuſtitia eccleſiarū illarū: a quibus corpa mortuorū aſſumunt̄
diſtricti⁹ inhibemus vt nulli religioſi vel ſeculares vobis inuitis
aliquorū corpa defunctorū in veſtris cimiterijs ſepelire: aut in ec
cleſijs veſtris miſſarū ſolennia: vel ꝓ animab⁹ eorū qui ad loca ve
ſtra tumulandi ferunt̄ ibidē exequias celebrare ſine veſtro aſſenſu
et volūtate p̄ſumant. Inhibemus inſup vniuerſis fratribus veſtri
ordinis ne aliq̄s eorū niſi neceſſitatis vrgente articulo: alijs q̄; p̄la
tis peccata ſua confiteri p̄ſumat: vel alijs eiuſdē ordinis ſacerdoti
bus ſm regulā et ipſius ordinis inſtituta. Uniuerſis aūt eccleſiaꝝ
p̄latis et alijs inhibem⁹. ne confeſſiōes veſtras vobis inuitis audi
re vel cōpellere vos ad ſinodos ſeu cōuocatiōes ſuas accedere. vel
cū eis extra ciuitates vel intra ꝓceſſionaliter exire. aut ſuis conſti
tutionib⁹ ſubiacere. vel capitula: ſcrutinia: et inquiſitiones in locis

Null⁹ poteſt habitum ordi nis deferre ni ſi frater ordis

Fratres non ſoluant deci mas de ſuis preſidijs.

De ſepultura

Quibus p̄ſſe fratres ꝯfiteri

veſtris vel alibi de vobis facere: aut fidelitatē iuramēto firmatā: et manualē obedientiā a miniſtris cuſtodib⁹ vl' guardianis veſtris exigere: aut de ipſoꝝ inſtitutione vel deſtitutione ſiue de ſtatutis veſtri ordinis ſe aliquatenus intromittere ſeu ꝓhibere ne ad ciuitates vl' villas vbi religioſe ac honeſte morare poſſitꝫ a ꝑoplis euocari audeatꝫ accedere ibiqꝫ ꝓ veſtris vſib⁹ cōſtruere edifitia ſeu ecclesias oratoria aut in accedētes frēs: ſeu in conſtructes hmōi vel receptatores ipſorū excōicationis ſnias ferre ꝑſumant. Cōcedim⁹ quoqꝫ vobis de his qui in ornamētis vel pro eis aut liberis fabrica luminarib⁹ anniuerſario Septimo. Vicesimo. Triceſimo. aut aliis ad ꝑpetuū cultū diuinū ſeu ꝓ pictācijs aut victu ad ſuſtentationē veſtrā vel indumētis necnon ꝓ annuis cenſib⁹ redimēdis. ad quorū ſolutionez aliqui dom⁹ veſtro ordini obligate noſcunt. et de domib⁹: prediis: et ortis: aliiſqꝫ locis vobis ſm inſtituta veſtri ordinis opportunis aut de his qui pro hmōi domib⁹: ꝑdijs: ortis et locis emētes vobis legant. dūmodo ꝑmiſſa non conuertant in vſus alios. ſed in illos dūtaxat ꝓ quibus relinquunt. aut alios etiā qui in hac ꝯfeſſione vel indulgētia continent. nulli canonicā iuſtitiam aut portionē aliqꝫ teneamini exhibere. Et ne qs a vobꝫ vel vltimarū executionib⁹ volūtatū ſeu decedentiū heredib⁹ de ꝑmiſſis aliqd exigere vel extorquere ꝑſumat diſtricti⁹ inhibem⁹ adhuc liceat fratrib⁹ veſtri ordinis cū de priorib⁹ locꝫ ſuis ad alia loca ſe trāſferūt tam edifitia ſeu oēm edifitioꝝ materiā locorūqꝫ dimittūt dedicatꝫ eccleſiis dūtaxat exceptꝫ. qꝫ libros: calices: ⁊ paramēta ſecū ad alia loca trāſferre ac edifitia ipſa cū ſolo ⁊ aliis ad eadē loca ꝑtinentib⁹ ꝑter eccleſias per ꝑſonas ad hoc a ſede ap'lica deputatas vendere ipſorūqꝫ pretiū in alioꝝ locoꝝ ad que dicti fratres ſe tranſferūt edificationē ſeu alias in eorū vtilitatē cōuertere ſm ꝙ eis meli⁹ videbit expedire. cū ipſa priora et alia loca fratrū ad nos et ſedē ap'licā ſpēaliter et immediate ꝑtinere noſcant. Et ne aliq̄ archiepi vl' epiſcopi aut alij eccleſiaꝝ ꝑlati ſeu q̄uis alia ꝑſona eccl'iaſtica vl' ſecularis ꝑdicta loca ſeu bona occupare: accipere: vl' vſurpare: aut quoquomō ſibi vēdicare ꝑſumant abſqꝫ dicte ſedis licētia ſpēali diſtrictius inhibem⁹ indulgētes vobis vt ad ꝑſtationē ꝓcurationū legatorū ꝑdicte ſedis vel nuntium ipſi⁹ ſeu dioceſanorū locorū aut exactionū vel collectarū ſeu ſubſidiorū vel ꝓuiſionū quorūcunqꝫ minime teneamini nec ad ea ſoluēda ꝑ litteras dicte ſedis aut legatorū vel nuntiorū eiuſdē ſeu rectorū terrarū eccl'ie romane impetratas ſeu in poſteꝝ impetrādas cuiuſcūqꝫ tenoris fuerint in ꝑpetuū cōpelli poſſitis. niſi dicte ſedis littere impetrāde plenaꝫ et expſſam de indulto hmōi et dicto ordine fecerint mentionē. Ceteꝝ cū felicꝫ

In nullo diocesanis tenentur fratres

De quib⁹ dari debet canonica portio.

Licet fratrib⁹ oīa vēdere et ſecū trāſferre

De ſubſidiis

recordationis Innocētius papa p̄decessor noster olim duxerit sta:
tuendū vt exempti quacūq; gaudeāt libertate.nihilominꝰ tñ rōne
delicti seu cōtractus aut rei de qua cōtra ipsos agiẗ rite possint co
ram locorū ordinarijs cōuen iri.et illi quo ad hoc suā in ipsorū iu:
risdictionē ꝑut ius exigit exercere.Nos vobis vt occasiōe cōstituci
onis hmōi nullū libertatibꝰ immunitatibꝰ vobis et ordini vestro
per priuilegia et indulgētias ab apostolica sede.concessis p̄iuditiū
genereẗ auctoritate p̄sentiū indulgemus.Decernimꝰ ergo irritū et
inane quicq̄d contra tenorem ꝯstitutionū:concessionū:et inhibitio
nū hmōi.per quoscūq; fuerit attemptatū.et interdicti suspēsionis.
et excōicationis snīas:si quas contra concessiones:constitutōes et
inhibitōes easdem:in vos vel vestrū aliquē. aut loca vestra seu be
nefactores vestros.vel executores aut heredes p̄dictos in posterū
ꝓmulgari contigerit penitus non tenere.Nulli ergo omīno homi
nū liceat hanc paginam nostraruz constitutionū:concessionū:et in
hibitionū infringere:vel ei ausu temerario contraire.Si quis aūt
hoc attemptare p̄sumpserit.indignationē omnipotentis dei.et bea
torū petri et pauli apostolorum eius se nouerit incursurū. Datum
Perusij.xij.kalendas Augusti.pontificatꝰ nostri anno primo.Nul
li ergo omīno liceat hanc paginā nostre confirmatōis et cōmunici
onis infringere:vel ei ausu temerario contraire. Si quis autē hoc
attemptare p̄sumpserit indignationē omnipotētis dei et beatorum
petri ⁊ pauli apostolorū eius se nouerit incursurū. Datū Florentie
Anno incarnationis dnīce Millesimoquadringētesimotrigesimo
nono quarto idus Nouēbris.pontificatus nostri anno nono.

Ratione deli
cti nō subijci:
mur ordīarijs

¶ Nos igitur qui dicti ordinis fratrū minorum iu quo gene
ralis ministri fungebamur offitio dum ad cardinalatus honorem
assumpti fuimꝰ et ꝑsonarū eius statum prosperū et trāquillū ꝓpter
vberes fructus quos ordo ipse multa refulgēs gloria meritoruz et
gratia redolens sanctitatis in agro ecclesie militātis in ꝓpagatiōe
religionis et fidei orthodoxe hactenus produxit vtiliter.et produ:
cit ac in futurū et producturū spe firma tenemus palmites solos
a mari vsq; ad mare.et etiā ad barbaras extendendo nationes in
tensis desideramꝰ affectibus Clementis et Eugenij p̄dictoruz ac
aliorū p̄decessorū nostrorū qui ordinē predictū fratrū minorū alijs
varijs p̄uilegijs nō immerito decorarūt vestigijs inherētes motu
ꝓprio non ad eorundē dicti ordinis fratrū minorū ꝓfessorū vel alte
rius pro eis nobꝫ super hoc oblate petitōis instantiā.sed de nostra
mera volūtate et deliberatione et ex certa nostra sciētia p̄dictas cle
mentis et alias quorūcunq; aliorū romanorū pontificū p̄decessorū
nostrorū litteras dicto ordini fratrū minorū et illis domibꝫ ⁊ ꝓfessi

w Poznaniu
im. A. Mickiewicza

ſoꝛibus in genere ſub quacūqꝫ foꝛma verboꝝ cōceſſas quas ac ſi
de verbo ad verbū vna cū p̄dictis litteris Eugenij p̄deceſſoꝛis pre
fati p̄ntibus inſerte foꝛent haberi volum⁹ pro expꝛeſſis:ac oīa et ſin
gula in illis contēta auctoꝛitate apoſtolica tenoꝛe p̄ſentiū appꝛobā
mus et robur ꝑpetue firmitatis obtinere debere decernim⁹ ac pro
potioꝛi cautela oīa ⁊ ſingula per Clementē ac Eugeniū alioſqꝫ pre

Appꝛobacō ⁊ confirmatio

deceſſores p̄dictos in eiſdeꝫ litteris pro et in fauoꝛem dicti oꝛdinis
fratrū minoꝝ quomōlibet oꝛdinata ſtatuta decreta cōceſſa ⁊ indul
ta fieri et ſeruari debere auctoꝛitate motu et ſciētia p̄dictis de no
uo oꝛdinam⁹:ſtatuimus:atqꝫ decernimus:ac eidem oꝛdini minoꝝ
illiuſqꝫ domibus et ꝓfeſſoꝛib⁹ cōcedimus et indulgem⁹. Et quia ſi
cut accepim⁹ noſqꝫ ipſi experiētia didicimus in minoꝛib⁹ conſtituti
p̄fati oꝛdinis curam gerētes circa lr̄as et priuilegia h̄mōi nōnulla
dubia poſtmodū ſunt exoꝛta. habita ſuꝑ illis conſideratiōe decenti
motu:auctoꝛitate et ſciētia ſimilib⁹ litteras eiuſdē Clementis p̄de
ceſſoꝛis in ea parte in qua cōcedit dicti oꝛdinis ꝓfeſſoꝛib⁹ vt liceat
eis in locis in quibus degūt habere oꝛatoꝛia et in eis cū altari por
tatili etiaꝫ tp̄e interdicti ianuis clauſis excōicatis et interdictis ex

Declaracō de altari poꝛtatili.

cluꝰ miſſarū ſolēnia ⁊ alia diuīa offitia celebꝛare. Et quod eoꝛū inſi
ſtentes obſequijs cēſuris gn̄aliter ꝓmulgatis non ligenꝰ cū contin
gat eos perſepe requiri: et extra oꝛatoꝛia ſuꝑ h̄mōi altari poꝛtatili
celebꝛēt diuina offitia ⁊ ad illam interdicti tp̄e tercij oꝛdinis ſancti

De tempoꝛe interdicti

Franciſci de penitētia nūcupati fratres et ſoꝛoꝛes ac ſuos et illoꝛū
ꝓcuratoꝛes admittāt extendētes Concedim⁹ eiſdem fratribus vt
non ſolū in oꝛatoꝛijs et locis in quibus degūt ſed etiam in quouis

Declaratio q̇ ſint ad ſedem apoſtolicam deſtinandi

alio loco congruēti et honeſto poſſint ſuꝑ altari poꝛtatili eiuſmodi
miſſas et alia diuina offitia libere et licite celebꝛare exceptis eccle
ſijs ab oꝛdinarij iuriſdictiōe non exemptis. quotiēs id eiſdeꝫ fratri
bus ꝑ oꝛdinarios ex cauſa contigerit inhiberi. Et vt liceat eis tem
poꝛe interdicti fratres et ſoꝛoꝛes dicti tercij oꝛdinis beati Frāciſci
de penitētia nūcupati:necnon ipſoꝛū fratrū minoꝛū ac fratrū et ſo

Declaracō de ſepultura

roꝛū dicti tercij oꝛdinis ⁊ moniales ſancte Clare ꝓcuratoꝛes ⁊ ne
gotia gerētes vtriuſqꝫ ſexus admittere ad diuina. p̄terea q̇a idem
Clemens p̄deceſſoꝛ in dictis ſuis litteris gn̄ali et ꝓuincialib⁹ mi
niſtris et eoꝛū vicarijs ac cuſtodibus abſoluēdi fratres eiuſdeꝫ oꝛ
dinis necnon fratrib⁹ dicti oꝛdinis quos ipſi miniſtri vicarij et cu
ſtodes habuerint pro tp̄e in cōfeſſoꝛes abſoluēdi ip̄os miniſtros vi
carios ⁊ cuſtodes ab exceſſibus ⁊ cēſuris niſi talia ꝑpetraſſent pro
pter que eſſent merito ad ſedē apoſtolicā deſtinādi ac cū eis deſuꝑ
diſpenſandi facultatē concedit. et ꝓpterea qui ſint deſtinādi p̄ſepe
reuoceꝰ in dubiū vt abſoluentiū et abſoluendoꝛū:diſpenſantium ⁊

et diſpenſatorū pro tpe puritati conſciētie conſulamus. declaram⁹. hereticos. relapſos. ſciſmaticos. ꝛ que litteras apoſtolicas falſificaſſent. aut ad infideles ꝓhibita detuliſſent dūtaxat ad ſedem apl'icā merito deſtinādos. Reliquis vero omnib⁹ etiã ſimonie prauitate qualitercūqꝫ irretitis poſſe ꝑ illos quibus inibi concedit abſolucionis et diſpenſatōis beneficiū et gratiā iuxta caſuū exigentiam impartiri. Eam vero ꝑtem litterarũ eiuſdem Clemētis ꝑdeceſſoris in qua ſepulturā in eccleſijs fratrū dicti ordinis liberā eſſe voluit ſalua iuſtitia eccleſiarū a quibus corpa mortuorũ aſſumunt. Declarātes libertatē hmōi intelligi debere etiā quo ad hoc vt fratres ipſi nulli⁹ ſuper hoc petita licētia parrochias in quibus corpa predicta forent cū cruce ꝓceſſionaliter ingredi ac corpa ipſa leuare ꝛ ad eorū eccleſias ſepelienda deferre poſſint vbi hoc fieri conſuetū foret. ꝛ pſ̄piteri de releuatiōe requiſiti id facere recuſarēt. nec cogantur inuiti etiā ꝑtextu cuiuſuis conſuetudinis ipſi vel defunctorum conſanguinei illa ad ꝓchiales eccleſias aut alia loca deferre ꝛ cū illis vel ſine inibi celebrare vel celebrari facere pro eiſdē defunctꝫ aliqua diuina officia ante vel poſt ſepulturā eorundē: iuſticiā aūt eccleſiaꝝ a quibus corpa ipſa ſummūtur iuxta eiuſdē Clementis predeceſſoris voluntatē ſaluā eſſe debere decernimus: eo caſu quo dūtaxat apud loca ipſoꝝ fratrū corpa ipſa ſepeliunt. Si vero non apud eos ſ̄ alios mēdicantiū ordinū ꝓfeſſores corpa ipſa contingeret ſepelire ex his q̄ ad fratres ꝑdictos apud q̄s tūc corpa ipſa nō ſepelirētur de bonis defunctoꝝ q̄uodolibet obueniet quouis ꝑticulari vel vniuerſali titulo directe vel ꝑ obliquū nullā canonicā aut ꝓchialē portionē dare teneant nec ſimiliter aliqua portio debeat que ad certos et determinatos vſus eiſdē fratribus vel eoꝝ domibus in gnē aut ſpecie etiā de bonis eoꝝ quoꝝ cadauera apud eos cōtigerit ſepeliri. nec etiā in caſibus in quib ꝑ eiuſdem Clemētis et aliorū ꝑdeceſſorū noſtrorū ſpetialia priuilegia fratres ipſi ab huiuſmodi ſolutione quarte ſunt exempti. nec aliquo caſu de cādelis que ad manus fratribus dant quarta aliqua q̄ulibet detrahatur in reliquis vero caſibus q̄ꝫ in ꝑmiſſis in quib quarta ipſa ſoluēda veniret et cōuentiones ſi qui ſint inter fratres ꝑdictos ꝛ locorū ordinarios ac aliorū rectores inuite laudabiles et honeſte in poſterū obſeruent Et ſi forte cōtingat ꝑ nos vl' ſedē apoſtolicā de pie legatꝫ diſpoſitis et relictis in genere vel in ſpetie decima vel alia portio ſeu quota alteri pie vel nō pie cauſe ex quauis cauſa hactenus cōceſſa foret: aut in poſterū concedi et ſolui aut dari mandari contigeret fratres ꝑdictos et illorum domus ac eis legata et relicta: aut alias in eoꝝ fauorē diſpoſita in cōceſſione et mandatis huiuſmodi decernimus et volumus nō includi: niſi de ipſis et preſēti decreto

Declaratō de ſepultura

De iuſtitia eccleſiarū et canonica portōe

De decimis legatorum.

ac volūtate noſtra nō p̱ generales clauſulas q̄ etiam ſpetialē men
tionem importare viderent̄. ſed vera et ſpecifica mentio fiat in eiſ
dem Indultū vero eiuſdē Clementis p̄deceſſoris de decimis non

De decimis papalibus.

ſoluēdis ad quecūqꝫ bona dictoꝝ fratrū et quaſcunqꝫ decimas etiā
quas vulgo papales appellāt: et apoſtolica ſede ꝓ xp̄iane fidei de
fenſione aut alijs imminētibus p̱ ſepe neceſſitatibꝫ indicit. et que
cūqꝫ alia onera a motu et ſciētia p̄dictis extendimus. decernētes
ipſos fratres minores etiā ſi p̱ quoſcūqꝫ exemptos et mendicātes
ſolui mandarent̄ cum quibꝫ vis derogatorijs ꝛ fortioribꝫ clauſulis
ad illarū ſolutionē nō tenere: et in illarū ſolutione ceſſando cēſuras
et penas aliquas nō incurrere. niſi p̄ntibus non p̱ generales aut
alias clauſulas ſpēalem mentionē importātes ſꝫ alias ſit derogatū
ſpecifice earum de v̄bo ad v̄bum inſerto tenore Et ne p̄textu cōſti
tutionis Innocēcij pape quarti p̄deceſſoris noſtri que incipit Uo
lentes locorū dioceſani et alij ordinarij et alij quecūqꝫ in ꝑſonas
aut locuꝫ fratrū p̄dictorum cōtra eiuſdem Clementis p̄deceſſoris

Nullo modo p̄nt fratres ex cōicari. q̄zuis cauſa p̱ quoſ: uis prelatos eccleſiaſticos

in fine litterarū p̄dictarū ordinationē ſibi quicūqꝫ iuriſdictionem
aut ſuperioritatē vēdicare p̄ſumāt diſtrictiꝰ inhibemꝰ ne quiſpiaꝫ
abſqꝫ dicte ſedꝭ ſpēali cōmiſſione aut auctoritate ī ꝑſonas: domos
et loca dicti ordinis fratrū minorū. vtpote ꝓrſus exempta: aliquaꝫ
excōicatōis: ſuſpēſiōis: et interdicti ſniās ſpēaliter vel gn̄aliter quo
modolibet ꝓmulgare. aut in ꝑſonas: domos: et loca hmōi aliquā p̄
eminentiā: ſuperioritatē: et iuriſdictionē quōdolibet exercere preſu
māt. etiā rōne contractꝰ vel delicti ſeu rei de qua agerent̄ vbicunqꝫ
ineatur cōtractus cōmittat̄ delictū et res ipſa cōſiſtat. Decernimꝰ
quoqꝫ ex nūc quaſlibet excōicatōis: ſuſpenſionis: ꝛ interdicti ſniās
et quoſcūqꝫ ꝓceſſus quaſuis penas et ſentētias gn̄ales vel ſpēales
continentes quos et quas promulgari vel haberi. ꝛ omīa que con
tra fratres: domos: et loca dicti ordinis quomōlibet fieri cōtigerit.
etiam eorū exemptione: vtpote notoria non aliter allegata nullius
roboris vel momenti eſſe: et pro infectis ꝓrſus haberi debere. Pre

Nota q̄ exemptio ordīs eſt notaria

terea quia parrochialiū eccleſiaꝝ rectores prefati erga illos qui
dictis fratribꝰ ordinis minorū eorum peccata confitent̄ per ſepe ſe
reddūt in exhibitiōe eucariſtie et extreme vnctionis difficiles. Cō
cedimus ipis fratribus ordinis minorū vt eiſdem perſonis eis cō
feſſis. quibus rectores prefati ſine rationabili cauſa denegauerint
ſeu malitioſe diſtulerint eucariſtie ſeu extreme vnctionis ſacramē

Monaſteria monialiuꝫ de ſtituta ad cō: uētus fratruꝫ ſpectant.

ta miniſtrare. ſuper quo eorundem confeſſorū aſſertioni ſtari debe
at illa petētibus poſſint impune exhibere. Et cū aliquando contin
gat monaſteria monialiū ſancte Clare. et minoriſtarum ſeu ſancti
Damiani nuncupatarū monialibꝫ deſtitui adeo vt de eorum refor

matione ſpes nulla ſuperſit: conuenientiuſq̃ ſit ꝙ illorũ ſic deſti-
tutorum bona ad ipſos fratres deueniant quorũ erant cure com-
miſſa q̃ ad alios. illa que ſic deſtituta exiſtunt et deſtitui contige
rit in futurũ: cum eorum bonis omnibꝰ perpetuis vſibus fratrum
domus dicti ordinis minorũ eiuſdem deſtitutis monaſterijs ꝓpin
quiores applicamus. ita vt fratres ipſi poſſint de illis et eorundẽ
monaſteriorũ ſtructuris et edificijs pro eorum voluntate diſpone
re. Prouiſo ꝙ illorũ eccleſie et oratoria ad prophanos vſus non re
digantur: ſed in illis quandoq̃ diuina celebrentur offitia. Inſup eſt
nonnulli ad ordinem predictũ fratrum minorũ ſpetialem gerẽtes
deuotionis affectũ. ordinent eorũ cadauera cum habitu fratrũ mi
norũ aut ſororũ dicti ordinis de penitentia ſepeliri. ne ex illorũ cor
porũ delatione ad alia loca ordini et fratribꝫ predictis iniuria irro
getur decernimꝰ tales apud fratres ipſos eſſe ſepeliendos. etiã ſi
alibi ſuã elegiſſent ſepulturã. nec poſſe etiã in loco per eos electo
cum habitu quomolibet ſepeliri aut ad ſepeliendum portari abſq̃
fratrũ domus loci in quo tales deceſſerint expreſſa licentia et aſ-
ſenſu. Ceterũ ne ſi ratione parrochialiũ eccleſiarũ apud quas do-
mus eorundem fratrũ conſtructe fuere aut conſtruerentur in poſte-
rum locorũ ordinarij in eoſdem fratres aliquam ſuperioritatẽ ven
dicare temptarent fratrum eorundem quies in aliquo pturbaretur
concedimus eiſdem fratribus vt in ſic conceſſis ⁊ quas eis conce
di contigerit curatis eccleſijs poſſint per capellanũ per eos pro eo
rum nutu ponendũ et amouendũ curam hmõi exercere. qui q̃diu
capellanatus hmõi fungetur offitio: ac ſi dicti ordinis minorũ pro
feſſor exiſtat dictorũ fratrũ minorũ libertate et exemptiõe fruatur.
Eccleſie vero p̃dicte et illorũ bona illa qua domus fratrũ dicti or-
dinis p̃rogatiue letentur. Et vt dicti ordinis ꝓfeſſoribꝰ oĩno vagãdi
tollatur occaſio et ad apoſtolicã ſedem recurrendi ſubtrahatur ꝑ poſſe
neceſſitas generali ⁊ prouintialibus miniſtris dicti ordinis pro tẽ
pore exiſtentibus et illorum vicarij diſpenſandi cum dicti ordinis
minorum profeſſoribus defectu natalium ex adulterio: ſacrilegio:
inceſtu: et quouis alio nephario et illicito coitu proueniente paci-
entibus. necnon cum his qui ex quauis cauſa preterq̃ homicidij
voluntarij bigamie et mutilationis membrorũ irregulares forent
poſtq̃ ordinẽ ip̃m profeſſi fuerint: vt defectu ⁊ irregularitate hmõi
non obſtante irregulares ipſi ad quoſcunq̃ etiam ſacros ordines
ꝓmoueri. et in illis etiã altaris miniſterio miniſtrare. ⁊ tam ipſi ir
regulares q̃ defectũ nataliũ patientes predicti ad quecũq̃ admi-
niſtrationes et offitia dicti ordinis eligi: recipi: et aſſumi. illaq̃ ge-
rere et exercere libere et licite valeant. motu: ſcientia: ⁊ auctoritate

De eligentibꝰ ſepeliri cũ habitu ordinis

De Capellano gerente curam animarũ in eccleſijs

De diſpenſatione irregularium

predictis cōcedimus per preſentes. Rurſus intelleximus ꝙ et ſ
bone memorie Johannes papa.xxij.p̄deceſſor noſter illorū opinio
nem qui aſſerebant ꝙ cōfeſſi fratribus predicti ordinis et aliorum
ordinum mendicantiū ad audiendas cōfeſſiones iuxta iuriſdiſpo
ſitionem deputatorū pro tempore tenebant eadem peccata rectori
eorum parrochialis eccleſie iterū cōfiteri reprobauerit. Et deinde p̄
fatus Eugenius p̄deceſſor reprobationē huiuſmodi approbauerit
cōtra talia aſſerentes tanꝗ de hereſi ſuſpectos p locorum ordina
rios inquiri et ꝓcedi mādauerint: ac ſucceſſiue pie memorie Ni
colaus papa quintus ſimiliter p̄deceſſor noſter geſta in premiſſis
ab eiſdem Johāne et Eugenio p̄deceſſoribꝰ robur ꝑpetue firmita
tis botinere debere decreuerit: Nihilominꝰ adhuc nonnulli eorum
inherētes ꝓterue: opinionē predicta: et deſup factos dānatos ⁊ ma
le ſonātes ac reprobos articulos veros eſſe affirmare nō verentur
vt taliū p̄ſumptuoſa temeritas tanto minus inualeſcat quāto plu
riū erit ſuperiorū correctioni ſubiecta cōceſſam ꝯtra tales p eiuſdē
Eugenij p̄deceſſoris litteras locorū ordinarijs facultatē ad inqui
ſitores heretice prauitatis extendimꝰ ac volumꝰ ꝙ inquiſitores ipi
quicūqꝫ fuerint eadem qua ordinarij contra tales auctoritate fun
gant. Poſtremo cū p̄dicatorū ſicut et p̄dicti minorū ordinū ꝓfeſſo
res pro fidei catholice dilatatiōe continue indefeſſe laborēt fructꝰ
qꝫ afferēt in eccleſia dei ſalutares. et ꝓpterea fuerint varijs per ſe
dem p̄dictā priuilegijs decorati. vt quos par labor pariaqꝫ merita
coniūgunt: paria coniungāt priuilegia et fauores eiſdē ordinis mi
norū ꝓfeſſoribꝰ. vt conceſſis fratribꝰ p̄dicatoribꝰ et eiſdem p̄dicato
rū ordinis fratribus vt p̄miſſis aut alijs conceſſis p̄dictis fratri
bus minoribꝰ. ꝑuilegijs: indulgētijs: gratijs: fauoribus et indultis
tam ſpūalibꝰ ꝗ tēpalibus a p̄dictis ⁊ alijs romanis pontificibꝰ pre
deceſſoribꝰ noſtris. et alijs auctoritatē habentibꝰ que oīa ac ſi no
minatim exprimerent haberi volumꝰ hic pro exp̄ſſis et noſtre ap
probatōis munimine ſolidamꝰ ac decernimꝰ robur ꝑpetue firmi
tatis obtinere. potiri. et gaudere poſſint et debeāt ꝑpetuis futuris
tēpibus in omnibꝰ et per oīa prorſus et ſine vlla differētia. perinde
ac ſi que vni ex ordinibꝰ p̄dictis ſunt cōceſſa. vtriqꝫ ſimul noīatim
cōceſſa fuiſſent aut concederent in poſterū. et que de miniſtro ge
nerali et prouintialibꝰ prioribꝰ dicti ordinis p̄dicatorū ac monaſte
rijs monialiū ſub eorundē fratrū predicatorū cura. et ſcḋm ipſius or
dinis p̄dicatorū inſtituta viuentiū ſunt ſtatuta in gn̄ali et ꝓuintia
libꝰ miniſtris et vicarijs dicti ordinis fratrū minorū ⁊ mōaſterijs
monialiū dicti ordinis ſancte Clare et minoriſtarū. et ſancti Da
miani nuncupatarū. ⁊ econtra cenſeātur eſſe ſtatuta. diſtrictiꝰ inhi

Q̄ inquiſito res pn̄t proce dere ꝯtra aſſe rētes ꝙ ꝯfeſſi fratribꝰ iterū tenent ꝯfiteri

Cōmunicatō priuilegiorum ordinū predi catorum et mi norum.

bemus eiſdem locoꝝ ordinarijs ſub interdicti ingreſſus eccleſie ꝛ ſuſpenſiōis a regimine et adminiſtratiōe ſuarū eccleſiarū ac parro chialiū eccleſiarū rectorib⁹: ꝛ alijs quibuſcūqꝫ ſub excōicationis la te ſententie et priuatōis earundē ꝓchialiū eccleſiarū ac oīm alio rū benefitiorū eccleſiaſticorū que obtinēt. necnon inhabitatōis ad illa et alia in poſterū obtinēda penis eo ipſo ꝑ eos qui contra fecē rint incurrēdis. ne ordines p̄dictos frm̄ p̄dicatorū et minorū: et il lorū domus et ꝓfeſſores p̄ter aut contra p̄dictorū Clementis aut Eugenij. et aliorū quorūcunqꝫ p̄deceſſorū noſtrorū et p̄ſentiū litte rarū noſtrarū tenorē inquietare ſeu moleſtare. et eos aut teſtamen torꝫ vltimarūqꝫ voluntatū executores et heredes p̄dictos ſeu quoſ cūqꝫ alios directe vel indirecte ad ſolutionē alicui⁹ quarte ꝓchi alis ſeu canonice vel alteri⁹ portionis ſeu oneris ꝛ ad fatiendū ce lebrari aliqͦd offitiū in eorū eccleſijs vel alibi. dum apud ipſos fra tres decedentiū cadauera tumulanẜ ante vel poſt eorū ſepulturaꝫ cogere. nec cōfeſſis dictis fratribꝫ p̄dicatoribꝫ et minoribus ꝓ tp̄e euchariſtie ſeu extreme vnctōis ſacr̄ñta ſine rōnabili cauſa dene gare vel illorū exhibitioneꝫ malitioſe differre: aut eorū ꝓchianis ne dictis fratrib⁹ confiteanẜ ꝓhibere vel ꝑſuadere. nec etiā ad pre miſſa ſeu aliqͦd p̄miſſorū auxiliū: conſiliū: vel fauorem dare directe vel indirecte quoquomodo p̄ſumāt. Et nihilomin⁹ cuilibet in di gnitate eccleſiaſtica cōſtituto ꝛ metropolitane vel alteri⁹ cathedra lis eccleſie canonico ꝑ vniuerſum orbem qui deſuꝑ per dictorū or dinū priores aut guardianos et fratres: ac illorū ſeu ad cōmodum eorū romane eccl̄ie ſyndicos deſuꝑ requiſitus fuerit per apoſtoli ca ſcripta inſolidū mandam⁹ quaten⁹ per ſe vel aliū: vel alios pre miſſa vbi et quando opus fuerit ſolenniter publicantes: et eiſdem fratrū predicatorū et minorū ordinibus et illorū domibus ac pro feſſoribꝫ in p̄miſſis efficacis defenſionis preſidio aſſiſtētes faciant eos pacifica poſſeſſione vel quaſi priuilegiorū ꝛ conceſſionū hm̄ōi gaudere. non ꝑmittentes eos ſeu teſtamentorū executores et here des p̄dictos contra illorū tenoreꝫ ꝑ ordinarios et rectores p̄dictos aut quoſcūqꝫ alios indebite moleſtari. aut eis grauamina: iniuri as atqꝫ damna inferri ſeu quōlibet irrogari. etiam ſummarie et de plano ſine ſtrepitu et figura iudicij. ſola facti veritate inſpecta con tra quoſcūqꝫ: cuiuſcūqꝫ qualitatis vel cōditionis exiſtāt ꝛ quacūqꝫ eccl'iaſtica etiā ꝓchiali: archiepiſcopali: et epiſcopali: vl' mūdana forent dignitate et exemptōe muniti. in quibuſcūqꝫ cauſis per eos mouendis quacūqꝫ ratiōe vel cauſa que excogitari poſſit eis mini ſtrent iuſtitie complementū exequēdo qͦd per eos fuerit ordinatuꝫ et illos quos cenſuras et penas predictas incurriſſe ꝯſtiterit illos

Pene prelatorum et aliorū turbantium.

irretitos eſſe declarent ac fatient et mãdent interdictos:ſuſpenſos
et excõicatos publice nuntiari et ab omnib⁹ artius euitari.et legit
timis ſup his habẽdi ſeruatis ꝓceſſib⁹ illos quotiens opus fuerit
iteratꝫ vicibus aggrauare ꝓcurent. Cõtradictores auctoritate no
ſtra appellatione poſtpoſita compeſcendo.inuocato ad hoc ſi opus
fuerit auxilio brachij ſecularis. Non obſtantib; conſtitutionib; re
colende memorie Bonifacij pape.viij. quib⁹ cauetur ne q̃s extra
ſuã ciuitatẽ et dioceſim niſi in certis et exceptis caſibus. et in illis
vltra vnã dietam a fine ſue dioceſis ad iuditiũ euocet.ſeu ne iudi
ces a ſede ap̃lica deputati extra ciuitatẽ ⁊ dioceſim in quib⁹ depu
tati fuerint contra quoſcũqꝫ ꝓcedere:aut alij.vel alijs vices ſuas
cõmittere p̃ſumant. et de duabus dictis in concilio gñali. necnon
que incipiũt ſuper cathedrã Bonifacij:⁊ dudũ Viennenſis cõcilij
ac recolende mẽorie Calixti pape.iij.etiã p̃deceſſoris noſtri. litterꝫ
alijſqꝫ ap̃licis ac etiã ꝓuintialib; et ſinodalib⁹ concilijs editis ſpe
tialibus vel gñalib⁹.necnon Octonis et Octoboni olim in regno
Anglie ap̃lice ſedis legatorũ conſtitutionib;:eccleſiaꝝ quoqꝫ ac lo
corũ quorumlibet ſtatutis et conſuetudinib⁹:et inter quoſcũqꝫ di
ctorũ ordinũ fratrũ predicatorũ ⁊ minorũ ꝓfeſſores.ac locorũ ordi
narios ſeu rectores p̃dictos innitis ⁊ concluſis ac hactenus obſer
uatis pactis et conuentionib;.etiã iuramẽto confirmatiõe apoſto
lica vel quauis alia firmitate roboratis. Necnon omnib; et ſingu
lis que Clemens et Eugenius prefati in predictis eorum litteris
voluerũt non obſtare contrarijs quibuſcunqꝫ.quibus omnib⁹ illa
ac ſi de verbo ad verbum inſererent et derogatoriarũ derogatori
as clauſulas in ſe continerent preſentib⁹ pro expreſſis habentes.il
lis al's in ſuo robore permanſuris quo ad premiſſa ſpetialiter ⁊ ex
preſſe derogamus.Aut ſi patriarchis archiepiſcopis et rectoribus
prefatis ſeu quibuſuis alijs cõmuniter vel diuiſim a ſede prefata
indultũ exiſtat q interdici:ſuſpendi:vl' excõmunicari.aut extra vl'
vltra certa loca ad iuditiũ euocari nõ poſſint per litteras ap̃licas
non fatientes plenã et expreſſam ac de verbo ad verbũ de indulto
hmõi mentionẽ et qualibet alia dicte ſedis indulgẽtia gñali vl' ſpe
tiali cuiuſcũqꝫ tenoris exiſtãt per quã p̃ſentibus non expreſſam vl'
totaliter non inſertã effectus earũ et conceſſaꝝ eis iuriſdictiõis exe
cutio impediri poſſet quõlibet vel differri ⁊ de qua cuiuſqꝫ toto te
nore habenda ſit in noſtris litteris mẽtio ſpẽalis Nos eñ ex nunc
illa et quecunqꝫ alia que in futurũ p nos vel ſedem ap̃licam quo
modolibet cõcedi:ſtatui:decerni:vel ordinari cõtigerit contra Cle
mẽtis et Eugenij aliorũqꝫ p̃deceſſorũ predictorũ:et p̃ſentiũ littera
rũ hmõi tenorem necnon ſecus ſup his a quoqꝫ quauis auctorita

te ſcienter vel ignorāter attemptari contigerit irrita et .inanīa nul
liuſqꝫ roboris vel momēti eſſe decernim⁹. Et qꝛ difficile foret pſen
tes litteras ad ſingulas ꝓuintias originaliter deſtinare. volumus
et dicta auctoritate decernim⁹ ꝙ tranſſumptis earū manu notarij
publici et curie cauſarū camere aplīce aut alicui⁹ epiſcopalis vel
archiepalis ſigillo munitis ea prorſus in iuditio ⁊ extra vbicunqꝫ
exhibita vł oſtenſa fuerint fides adhibeat̄ acſi originales littere fo
rent exhibite vel oſtenſe. Nulli ergo omīno hominū liceat hanc pa
ginam noſtroꝝ approbatōis: conſtitutōis: ordinatōis: ſtatuti: decre
ti: ꝯceſſionis: indulti. volūtatis: applicatōis: inhibitōis: extenſionis
ſolidatōis: mandati: et derogatōis infringere. vel etiā auſu temera
rio cōtraire. Si quis aūt hoc attemptare pſumpſerit indignationē
omnipotētis dei et beatorū Petri et Pauli apoſtoloruꝫ ei⁹ ſe noue
rit incurſurū. Datū Rome apud ſanctū Petrū Anno incarnatōis
dnice Milleſimoquadringenteſimoſeptuageſimoquarto. Pridie
kalendas ſeptembris Pontificatus noſtri Anno quarto.

De trāſſumptis quibus fides adhibeat̄

# Sixtus epiſcopus ſeruus ſer

uorū dei Ad perpetuā rei memoriā. dū fructus vberes quos ſacri
ordinis fratrū minorū ꝓfeſſores circa ꝓpagationē religionis ⁊ fidei
in agro militātis eccleſie ꝑ incremēta tpm magnis laboribus: cre
bris vigilijs: et indefeſſo animo ꝓduxerūt hactenus. ꝓducūt ac in
futurū ꝓducturos eſſe ſpe firma confidimus: diligēter attendim⁹:
dignū cenſemus et congruū vt in his que illorū ꝓſperitates et cō
moda cōcernere poſſent eos benignis fauoribꝫ pſequamur. Dudū
ſiquidē felicis recordatōis Martinus papa quartus pdeceſſor no
ſter cupiēs honeſta adhibere remedia quib⁹ dicti ordinis pura ob
ſeruātia in ſuo vigore ſeruaret̄. et vt fratres eiuſdeꝫ ordinis exclu
ſis quibuſlibet ſollicitudinib⁹ liberius ⁊ quieti⁹ diuinis vacarent
obſequijs. ac offerentiū et donantiū aut in vltima voluntate relin
quentiū dicto ordini ſeu illius fratrib⁹ aliq̇d ꝓpter deū pia intētio
non fraudaret̄. Romana quoqꝫ eccleſia ad quā omniū rerū mobi
liū ⁊ immobiliū quib⁹ fratres ipſi vti poſſunt ius: ꝓprietates ⁊ do
miniū nullo medio ꝑtinet. et ad quā fratres ipi quotiēs neceſſitas
ingruebat vel vtilitas pſuadebat recurrere ſoliti erāt a cura et ſol
licitudine ꝓuidendi eorūdem fratrū neceſſitatib⁹ releuaret̄: necnō
heredū et executorū piarū voluntatū defunctorū et negligēcijs ob
uiaret̄. ipſiqꝫ fratres ſcḋm modos pmiſſos et licitos. relictis ſibi ele
moſinis gaudere valerēt ꝑ quaſdam ſuas litteras aplica auctorita
te et de poteſtatis plenitudine voluit: ſtatuit: et decreuit ꝙ ſpēales
pſone per gnālem ac ꝓuintiales miniſtros ac cuſtodes dicti ordi

nis nominande in ꝑmiſſis adminiſtrationē legittimā:gn̄alem et li
berā dicta auctoritate gererent ⁊ veri legittimiqꝫ adminiſtratores
iconomi:ſyndici:et actores eſſent.ac res ipſas et eorū pretiū.predi
ctaſqꝫ elemoſinas noīe ipſiꝰ romane eccleſie reciperēt et in ipſoruꝫ
fratrū vtilitates ꝓut eis liceret ex regula vel eius declaratōe ſicut
et qn̄ ab eiſdem gn̄ali et aliquo ex ꝓuintialibꝫ miniſtris:cuſtodibꝰ
in prouintia vel cuſtodia ſibi decreta vel ab eiſdem fratribꝰ de ipſo
rū generalis vel ꝓuintialis miniſtri ac cuſtodis aſſenſu forent re
quiſiti.couertere poſſent et deberēt cū plena generali et libera po
teſtate petendi:exigendi:recipiendi:alienādi:tranſigendi:paciſcēdi
coueniendi:compromittēdi:enūtiandi:refutandi:quietationē faci
endi:compꝰandi:agendi.defendendi.ac in animā eoꝝ de calumnia
et de veritate dicēda iurandi.et cuiuſlibet alterius gn̄is iuramen
tū pſtandi.cū illis et contra illos qui hmōi res mobiles ⁊ immobi
les ac pretiū earū vel relictas elemoſinas fratribꝰ in teſtamētis oc
cuparēt.vel violenter auferrēt.ſiue contra voluntatē fratrū quōdo
libet detinerēt. Et gn̄aliter in omnibus cauſis pro rebus et locis
hmōi ad ipam romanā eccleſiā ſpectantibꝫ ipſorū fratrū vſui con
ceſſis.necnon pro immunitatibꝰ.libertatibꝰ.iuribus.priuilegiis.⁊
indulgēciis eorū.ſiue cuiuſlibet dationis aut cautiōis onere pfata
auctoritate in iuditio et extra plenam.gn̄alem.et liberā poteſtatem
